



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Præfatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)



TRACTATUS QUINTUS.  
DE  
PRÆDESTINATIONE  
ET REPROBATIONE,  
EARVMQVE CVM LIBERTATE CONCORDIA.

Ad quest. 23. prima partis.

PRÆFA.T.I.O.

**V**Astissimum & multorum naufragis celebre pelagus ingredimur, cum arcanum prædestinationis mysterium explicandum suscipimus, cuius magnitudo plurimorum ingenia absorbit, & altissimas cœli columnas (quas Angelos, vel sacros Ecclesiæ Doctores D. Gregorius interpretatur) sacro horrore concutit: Quia quantâlibet quisquis virtute proficiat, quantâlibet scientiâ excrescat, penetrare non sufficit, quo nos Conditor moderamine judiciorum regit. Nonne columna cœli contremuit, quando Apostolus exclamavit: O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quām investigabiles sunt viæ eius, & incomprehensibilia judic' a ejus! Nonne columnæ cœli contremiscunt, quando ipsi etiam Seraphim caput & pedes alii suis velant? quos etiam (ut inquit D. Bernardus) later quid ante mundum fuit, quid erit post consummationem.

Nunquid (aut iob) nosti ordinem cœli, & pones rationem ejus in terra? *Quæ verba expendens Gregorius:* Ordinem cœli nosse, inquit, est supernarum dispositionum occultas prædestinationes videret; rationem verò ejus in terra ponere, est ante humana corda talium secretorum causas aperire. Quod utique facere in hac vita positus nullus potest. Vt enim à parvis ad majora veniamus, quis intelligat, cur vivit alius insidians morti proximorum, & moritur alius qui profuturus esset vitæ multorum? Alius culmen potestatis allequitur, qui non nisi lèdere studet, aliis tantummodo lèflos defendere concupiscit, & tamen ipse oppressus jacet. Alius male inchoans, usque ad vitæ terminum ad pejora prostrahitur; alius bene incipiens, per longitudinem temporum proficit ad augmenta meritorum. At contra alius male vivens diu reservatur ut se corrigat: alius bene quidem videtur vivere, sed in hac vita eò usque durat, quoad perversa prorumpat. Alius Catholica matris ventre editus, juxta vitæ terminum, erroris voragine dévoratur; alius autem vitam suam in Catholica pietate consummat, qui ortus in perfidia, cum lacte matris hauerat virus erroris. Alius celsitudinem bene vivendi appetere & vult & valer; aliis nec vult nec valer: aliis valer & non vult. Quis ergo ista judiciorum secreta cæli dicuntur? Quis intelligat discretam & quietatis occulta lanceam? Dicatur ergo: Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem ejus in terra? Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentrum cœli quis dormire faciet?

Obscurissimum hoc prædestinationis mysterium, egregiâ Cantorum metaphorâ commendatur, ubi sponsi come, que supremi Iudicis super filios hominum consilia non obscure exprimunt, sicut elate Palmarum dicuntur, quod vim omnem ingeniorum superent, & nigra quasi corvus, quidamnam hominum, quos hic noctuas dixerim, sed & cœlestium mentium lumina, suâ obscuritate tenebris involvant.

Cum igitur non nisi per sacra caliginis tenebras, humanæ mentes nec possint nec debent divinacomplicari mysteria, ut inquit Dionysius, magnam profecto huic mysterio iniuriam irrogant,

A gant,

L. b. 17.  
Moral.  
cap. 17.

Serm. 4.  
v. ver.  
bis I. 1. 1. 1.

Lib. 29.  
Moral.  
cap. 324

## P R A E F A T I O.

gant, qui suo potius iudicio, quam Scriptura & Patrum testimonio mestendum parant; & qui  
 vultu mentibus, novo hoc, & nimirum sensibus lenocinante explicandi genere, ita blandiuntur, si  
 difficultatibus complanatis, ad humillimorum ingentiorum captum, mysterium hoc se demissum;  
 & sutoribus etiam ac consoribus se palam facturos promittunt. Sanctus sapienter olim contra ab-  
 189. allardum Bernardus scribebat: Nihil magis contra rationem, quam ratione rationem co-  
 nari transeundere. Nihil magis contra fidem, quam credere nolle quidquid non pos-  
 sit ratione attingere. Religionis maiestate nihil indignum magis, aut periculis suis, quam am-  
 plius sensibus, Scriptura & Patrum testimonii neglectus aut pro arbitrio deortus metiri. Affargi  
 supra sensus, supra rationem, celestium oraculorum veritas. & quae posuit enerbras latibulum  
 suum, divinae revelationis tenebras amat; & ea que caligine sacra foveatur ac servatur, humana-  
 rum rationum luminibus evanescit. Audiant qui adeo suos sensus deperirent, & ubique rationem,  
 non que Traditionem & Scripturam consulendam iubet, sed que se se in iudicem erigit, & ad suum  
 subcellium cetera vocat, quid Augustinus scripsisset: Quare tu rationem, ego expavebam  
 de ver- altitudinem. O altitudo divitiarum sapientiae & scientiae Dei! Tu ratiocinare, ego mi-  
 bis Apo- fili, cap- rer. Tu disputa, ego credara. Altitudinem video, ad profundum non pervenio, & alti-  
 7. tudo! Requievit Apostolus, quia invenit admirationem, nemo querat a me occultam  
 rationem. Ille dicit inscrutabiles sunt viæ ejus, & tu investigare venisti? Si scrutari inscrutabilia  
 venisti, crede quia peristi. Tale est velle scrutari inscrutabilia, & investigabilia in-  
 vestigare, quale est velle invisibilia videre, & ineffabilia fari.

*Hunc ergo prudenti Augustini consilio obtempereamus, & in huius contemplatione mysterio*  
 Lib. 2. *rationem & mundanam sapientiam, sed Scripturam & sanctos patres consulamus. Non affer-  
 contra- mus, inquit, stateras dololas, ubi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro-  
 Donati. arbitrio nostro, dicentes hoc grave, hoc leve est: sed afferamus divinam stateram de  
 fusi cap. Scripturis sanctis, tanquam de thesauris Dominicis, & in illa quid sit gravius appende-  
 mus; imò non appendamus, sed à Dōmino appensa recognoscamus.*

*Iuste monitum volui, Amice Lector, antequam profundissimum hoc prædestinationis pelagu,*  
*D. Augustino & S. Thomae dubiis, ingrederer. Quò vero explicator hac tractatio evadat, ex*  
*disputationibus, que solent in controversiam verti complectar. Prima erit de existentia & effi-  
 cia divina prædestinationis. Secunda de eius causis. Tertia de eius effectibus. Quarta de illius*  
*certitudine. Quinta de reprobatione, qua prædestinationi opponitur. Sexta & ultima, liberis*  
*creatum a divina providentia & prædestinatione concordiam explicabit.*

DISP.